



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quid decendum sit de renuntiatione facta iure Trident. spectato. punct. 16
[i.e. 17].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

2. Verum si nouitius deceperit condito testamento, succedit iis, quem heretem instituit, quia morte confirmatur, ut docent omnes, & supponitur in Authent. nunc autem Cod. de Episcopis, & clericis. Idemque alterum plures Doctores de renuntiatio stante renuntiatione expresa. Quia ea renuntiatio solum continet conditionem, si in religione renuncians perseuerauerit, & satis perseuerat ibi mortis, cum ab ea recedere non possit, & moriendo racens donationem ipsam confirmat: Colligiturque ex eis in praesentia de probat. Et c. vlt. de successoribus ab inchoato voi ex dedicatione facta a nouitio, & nominatum profecto decedente, bona acquiruntur monasterio: Sic expressi docent Nauarrius comm. 2. de Regularibus num. 49. Menoch. alios referunt confl. 196. n. 3. & lib. 6. presumpt. 34. & lib. 2. de arbitriar. casu 356. num. 20. Guicci. lib. 2. cap. 3. quip. cap. 1. num. 103. Sanchez alii relatis, dicto lib. 7. cap. 3. num. 97. Suarez tom. 3. de Religion. lib. 5. cap. 16. n. 11. Et placet milii quia est pia sententia, & religioni fauorabilis. Quamvis contraria fatis probabili sit; eo quod renuncians non sub conditione perseuerantiae per mortem naturaliem, sed sub conditione perseuerantiae per mortem ciuilium, & professionem legitimam videatur renunciare. Aliis non erit renuntiatio, seu donatio inter viuos, sed causa mortis: neque licitum erit testamento illam reuocare, contra Sanct. lib. 7. fsumm. cap. 5. num. 50. Item mortis in nouitiatu in eo statu perseuerare finitur. At non est credendum renunciantem velle renunciare sub conditione perseuerantiae in nouitiatu, sed sub conditione perseuerantiae in religioso statu. Ergo neque Textus in c. praesentia &c. vlt. de successoribus. Contrarium concinunt. Cum satis verò similliter dici possit per illam dedicationem veros religiosos fuisse constitutos. Atque ita ut per hanc renuntiationem non excludi legitimos heredes docent Beroius c. in praesentia q. 8. de Probationibus Decius lib. 2. 28. Redouanus de politie Ecclesiast. q. 8. in principio n. 71. Mantel. Rodriguez que. regal. tom. 2. q. 80. art. 2. in princ. & probabile reputat Sanct. lib. 7. sum. c. 3. n. 13. & 97. fine alios referens.

P V N C T Y M XVII.

Quid dicendum sit de Renuntiacione facta iure
Trident. Specato.

S V M M A R I V M.

1. Quid statuerit Trident.
2. Illatio ex supradicto Trident. decreto.
3. Comprehendat ne hoc decretum ingredi volentes religionem? Affirmant plures.
4. Verius est oppositum.
5. Comprehendit nouitius maiores sexdecim annis.
6. Non comprehendit testamentum, nec donationem causa mortis, nec renunciabilem.
7. Donatio irrevocabilis ex natura sua, que sit magni momenti comprehenditur.
8. Positivo dari mutuum à nouitio praesita sufficiente cautione de redditu, si religionem deserat? Affirmant plures verius esse oppositum.
9. Debet fieri renuntiatio intra duos menses proximos professio- ni, & qualiter hoc intelligatur.
10. Requiritur licentia Episcopi.
11. Non est opus dari in scriptis.
12. Et ita firmata à nouitio reuocari non possit.
13. Non transfertur dominium in resignatarium quovisque professio- ni valida sequatur.
14. Negat Sanct. ante professionem debere tradi monasterio, si in eius favorem facta resignatio.
15. Verius est oppositum.
16. Est factio fundamento Sanct.
17. Vi renuntiatio hereditatis patria viuis in favorem ali- cuius extranei effectum habeat, debere monasterium ce- dero affirmant plures.
18. Verius est opus non esse monasterij cessione.
19. Satisfit oppositum.

T Ridentin. Consilium sess. 25. de Regul. c. 16. In haec verba decernit. Nulla renuntiatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in favorem cuiuscunq; easiae plie valeat nisi cum licentia Episcopi, sive eius vicarij fiat, in- ita duos menses proximos ante professionem; ne non alias intelligatur effectum suum fortiri; isti secuta professione. Alter verò facta etiam cum huic favoris expressa renuntiacione etiam iurata sit irrita, & nullius effectus, subditque consilium per haec se non intendere aliquid, immoate, aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis iuxta pli coram institutum à sancta Sede Apostolica approbatum Domino, & eius Ecclesia infernare possint. Adiu item, sed neque ante professionem excepto victu, & vestitu nouitii, vel nouitiae

Ferd. à Castro, Sum. Mor. Pars III.

illis temporis quo in probatione est quounque praetextu à parentibus vel propinquis, aut curatoribus eius monasterio aliiquid ex bonis eiusdem tribuatur, ne hac occasione discede nequeat, quod totam, vel maiorem partem substantie iuxta monasterium possideat, nec facile si discesserit, id recuperare possit, quia potius præcipit Sancta Synodus sub Anathematis pena danib; & recipientibus, ne hoc vlo modo fiat; & vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua crant. Quod vt recte fiat Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellit.

2. Ex hoc decreto manifestè constat, esti iure communis spectato quilibet renuntiatio, & obligatio inter viuos ante, vel post nouitiatum ingressum validæ effet: Spectato tamen hoc decreto inuidam esse, & nullius effectus, nisi facta fuerit intra duos menses proximos professioni & de licentia ordinari. Item nihil monasterio ex bonis nouitii dati posse, nec recipi præter victum & veitum. Denique in Societate Iesu decretum locum non habere. Ut autem doctrina huius decreti, que maximè necessaria est, lucidior, fiat ali quas difficultates proponam, & ea potuero brieuitate enodabo.

3. Prima difficultas est circa personas, quarum renuntiatio, obligatio, seu donatio interdicta est hoc decreto; an inquit comprehendenda eos, qui ante religionis ingressum ex intuitu de bonis suis deponunt? Affirmant tanquam probabilius Nauarr. conf. 7. & 8. de donationib; in antiquis & conf. 81. de Regu- lar. in novo Flamin. de resign. lib. 3. q. 13. n. 9. Mol. de iust. tract. 2. disp. 119. ver. amboz ruris, & disp. 149. vers. quad. Eccles. & 1. 3. disp. 604. n. 2. Lef. l. 2. c. 41. n. 39. & 40. Azor. l. 13. c. 9. q. 1. Eman. Sa verbo relig. n. 1. Zeballos in sua comm. opin. q. 11. in fine, & alii plures relati a Bartol. & Sanct. aliiisque Do- citoribus statim referendis. Mouentur præcipue ab inconvenienti, ne huic decreti dispositio reddatur frustranea, & illuforia, quod sine dubio videtur contingere, si renuntiatio corū, qui religionem ingredi intendunt validæ perficit. Si enim consilium annullat renuntiacionem, & donationem nouitiorum, ne nouitii difficultem est religione egressum habent ob sa- etiam bonorum renuntiacionem, & difficultem illorum recuperationem, conseqüenter etiam debet istitute renuntiacionem ante ingressum factam eo intuitu. Tum quia ex eadem inconvenientia infuratur. Tum quia consiliaris dispositio suo fru- stratus effectu. At factis in iure recepcionis est legis dispositione ex vno casu ad alium extendi, quando est eadem ratio, l. illud ff ad legem aquilam, & l. à Titio ff. de verb. obligat. & constat ex adductis tract. 3. de legib; disp. 5. punct. 3. §. 4. Item extendi, quando si non excederetur, redredetur alia vana & eluforia dispositio, c. si ciuitatis de sent. excomm. in 6. & c. 2. de offens. in 6. vbi Gloss. & Doctores. Neque obstat si dicatis hoc verum esse, quod calus ad quem legis dispositio debet extendi c. & invenitur sublata verborum forma legis: Secundus vero quando non contineatur. Quia sub hoc decreto factis videtur contineri parati in- gredi religionem: Quia enim sic parati, existunt tanquam in- gressi debent repurari, argum. leg. pen. ff. de milit. testam. Vbi proxime accingendis reputatus pro accincto. Deinde quia textus de ciuiusbet renuntiacione ante professionem loquitur, neque ad religionis ingressus dispositionem restrinxit ibi nulla quoque renuntiatio. Quod si duas ex illo adverbio quoquid quod copulativum est, & dispositionem sequentem cum antecedenti conjungit, colligitur factis loqui textum de ingressis in religionem, sicutdem loquuntur de his, de quibus procedens de- cretum locutum fuerat, inde infuratur te debere affirmare soli prohiberi renuntiacionem, & obligationem illorum, qui 16. annum non expleverunt, quia solum de ipsis procedens decre- tum loquitur. Hoc autem communiter à Doctribus reproba- tur (vt videbimus) Non igit dispositio ad solos nouitios, & in religionem ingressos extendenda est.

4. Nihilominus veriorem, & probabiliorem reputo senten- tiam negantem extendi ad eos, qui religionem ingredi parati sunt, nec tamen ingressi: Sic tradunt alii Menoch. l. 2. de arbitr. casu 436. à n. 3. Nicol. Garcia 11. p. de benefic. c. 9. n. 15. Sanct. L. 7. sum. cap. 5. numer. 4. Bartol. 3. p. de poef. Episc. alleg. 99. num. 17. Man. Rodr. tom. 3. quip. regul. quip. 16. art. 1. Testanturque iij Doctores lege esse decimum, & decisio- nesque refert Bartola super hoc decretum. Motuor, quia legis dispositio, & maximè iuris communis correctior ex- tendi non debet ad causum sublata verborum forma non com- prehensum: vt multis probari illo punct. 3. de legibus §. 4. At huius dispositionis verba solum regulares comprehenduntur. Tum quia Rubrica ex qua legis interpretatio defumitur est de regularibus. Tum quia verba ipsius id clare indicant. Nam dictio illa quoque copulativum sequentem dispositionem cum precedenti coniungit leg. iutores quoque ff. de pastis & §. Pra- torum quoque iustiti. de iure naturali, ac ideo clare denotat locutum de nouitiorum renuntiacionibus, de quibus solis pro- cedens texus locutus fuerat; neque inde infuratur ad solam renuntiacionem minorum 16. annis extendi vt statim probabo. Id ipsum indicant illa verba n. 1. intra duos menses proximos professio- ni, quæ supponunt renuntiacionem in probatione esse.

esse, & illa finito tempore nouitatus, & rursus sed neque ante professionem. Ergo quamvis eadem ratio procedat in renuntiatione ante nouitatum, ac in nouitatu facta legis depositio ad eam renuntiationem non extenditur. Ex quibus solorum manet contrarium fundamentum. Nego namque dispositionem huius legis reddi vanam, & illusoriam, ex eo quod ante ingressum possit nouitatus bonis cedere. propterea si placuerit quia ea renuntiatione rata est, ob idem consilium eam reliquit iuri communis dispositioni contentum: annulatione renuntiationis, & donationis post habitum culpeum facta, & ipso frequenter contingens.

5. Postio autem sola nouitiorum renuntiationem a consilio annulari, est dolsum de quibus nouitiis decretum intelligatur. Rationem dubitandi dedit Menoch. lib. 2. de arbitrat. cap. 436. n. 8 in 1. edit. Alterius solum extendit ad nouitios minores sexdecim annis, quia his ob immaturam etatem voluit confidere concilium illa renuntiationis solemnitate. Reliquos vero nouitios maiores sexdecim annis dispositioni iuri communis reliquit, ac proinde censer cedere bonis posse quolibet tempore post nouitatus ingressum, & absque licentia ordinarii. Mocetur quod huius decreti dispositio, ut dictum est cum praecedenti coniungitur, sed praecedens dispositio solum annular professionem ante explerum 16. annum faciat. Ergo sola ea renuntiatione, quae ante 16. annum facta fuerit, annulatur.

Ceterum omnino tenendum est cuiuslibet nouitij in quaquam esse constituti renuntiationem annullari absque solemnitate eo decreto praescripta. Quia illa verba nulla queque renuntiatione solum coniungit praetem dispositionem cum antecedenti, ut loquatur de his, de quibus praecedens dispositio loquitur, nempe nouitiis, & regularibus, sed non ita coniungit, ut statuat omnes qualitates ad professionem requisitas debere renuntiationi adeste. Alias fieri non posset renuntiatione nisi post decimum sextum annum compleatum, & finito probationis anno, quod est contra praesentis decreti dispositionem permittentem renuntiationem fieri intra duos menses proximos professionem; ac proinde ante 16. annum explerum, & ante nouitatum finitum. Adde eandem feret rationem militare ad irritandam renuntiationem post 16. annum, ac anteacum in omni renuntiatione timeri possit fraus, & metus parentum, confanguineorum, iudeo & monachorum, cuius vitatio fuit ratio huius legis, & dispositionis, ut tradit Nauarr. cons. 8. de donationibus antiquis. Ergo quilibet nouitij renuntiatione absque praedicta solemnitate irritatur. Et ita docent tanquam indubitatum Gutier. lib. 2. canon. quaf. cap. 1. nu. 14. Zenido in decreto collectan. sc. n. 5. Valacius de partibus bavar. cap. 16. num. 27. Man. 21. tom. sum. c. 7. n. 7. & tom. 2. quaf. regul. quaf. 47. arr. 13. Sanch. lib. 7. sum. capit. 5. numer. 7. & 8. August. Barbola 3. p. de potest. Episc. allegat. 99. num. 18. & alij apud ipsos.

6. Secunda difficultas est, quae renuntiationem, obligatio, & donatio sub hoc decreto continetur? Constat ex dictis punctis 14. non comprehendendi eam, quae ex le revocabili est, & nullum littero egredi impeditum praestat; comprehendendi tamen eam, quae natura sua irreocabili est, & diffidetur reddit egrem, & tradit ultra ibi allegatos Molin. tom. 3. de iustit. disput. 604. Menoch. volum. 4. conf. 388. num. 7. Sanch. lib. 7. cap. 5. num. 15. Quocirca non comprehenditur testamentum, nec donatio causa mortis, neque facta iub conditione, si in religione perseverauerit, ut diximus ex puncto 14. quamvis de hac ultima plures contrariantur; similiter non comprehenditur contractus onerosus emptionis, venditionis, conductiois locationis, in quibus tantundem reciperes quantum daress, quia moraliter loquendo ex his contractibus nihil amitteris, ac proinde non te impediunt a libero religionis egrem, & ita docet Manuel. 2. tom. summ. cap. 7. n. 4. Sanch. lib. 7. sum. c. 5. n. 31. & n. 33. Bene addit contractus Societari, & ludi, quibus te aequo lucro, ac iactura exponis, hoc decreto non prohibetur; quia nec minutum patrimonium, nec redire difficilem est religione egrem. Secus est (inquit n. 34.) de contractu fidei- fissionis etiam prelio accepto: Quia semper obligatio terminatur ad effectuandam maiorem quantitatem, quam est premium receptum; ac proinde semper adeat periculum iacture, & paupertatis.

7. Porro dubium non est donationem hoc decreto prohibiri, nam esto non sit propriè renuntiatione, est tamen quodam illius species, & quae patrimonium efficiunt ministrum, & donantem obligat donatum tradere donatario: Sic Nauarr. lib. 3. conf. 3. de donation. con. 7. & 8. alia: 81. & 82. tit. de Regul. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 436. n. 7. S. vero religio. 5. Molina volum. 3. dis. 119. vers. ambiget præterea Sanch. lib. 7. sum. c. 5. n. 20. Suan. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 16. num. 11. Limitant tamen feret omnes hi Doctores ne intelligatur de donationibus magni momenti; & quae patrimonium notabiliter minuerint; quia de causa licitum est nouitio, vel nouitio præbere necessaria ad victimam, & vestitum, ex cuius ratione honestatur propria, aliique lumpus, qui in egreliu monia-

lium fieri solet, pertinent enim ad nouitij victimam. An aveni monasterio aliquam elemosynam tametsi exiguum ultra victimam, & vestitum praestare possit, sicuti potes alii extranei, non caret difficultate ob verbum illud, neque ante professio- nem excepto victu, & vestitu aliiquid ex bonis ipsis quod cum propriet negationem imbibitam, tum propter exceptionem victimam, & vestitum quamlibet elemosynam excludere vide- tur. Sed omnino dicendum est exigua elemosynas, ne patrimonium notabiliter minuentes non excludent; quia monasterium non deber deterius esse conditionis, quam alii pa- peres, neque nouitius impeditur debet ab operibus pietatis, quae eius liberum est monasterio egressum non impeditur. Neque consilium huic intellectui obstat; cum enim dicit neque aliquip excepit victimam, & vestitum est monasterio tribendum subintelligitur quod magnum sit, ut variis indicant illa verba. Ne hac occasione discere nequeat quod totam, vel maiorem partem substantiam sua monasterio possidat, nec faciliter discernerit id recuperare possit. Ergo donationes, quae totam, vel maiorem partem substantiae non exhaustant, hoc decreto non videtur prohiberi, sed potius permitti. Sanchez lib. 7. sum. capit. 4. numer. 22. Suan. tom. 3. de Religione lib. 5. cap. 16.

8. Grauior est dubitatio de mutuo; an ex bonis nouitiis monasterio dari possit praestita à monasterio sufficiente cau- tione, vel fiduciis de redditu nouitio religionem de- rente? Manuel Rodriguez 2. tom. summ. cap. 7. n. 7. v. 7. Tenuatur graves Doctores Academie Salamanicensis affirmare esse licitum, nec ipse nec Sanchez, aliique Doctores referendi id audent condemnare, tametsi censeant eis ab hoc contra-etu abstinentur. Ratio ea esse potest quia non est vera pecunia renuntiatione, nec donatio, sed quadam illius limitata & temporalis concessio, ex qua nullum nouitio sequitur damnum, nullave difficultas in eius recuperatione, si est religione dilacerit. Sed dicendum est, & in praxi omnino seruandum, nullomodo posse tale mutuum concedi, etiam si datur mutuum sub obligatione reddendi illud aliquo, vel aliquibus me- fibus ante professionem: In quo casu Suarez statim refra- dus nonnullam verisimilitudinem reperit: Sic expresse docent Valacius de partitione c. 16. num. 32. quem referi, & sequitur Sanchez, lib. 7. sum. c. 5. num. 24. Suan. tom. 3. de Reli- gione lib. 5. c. 9. in fine n. 16. tametsi tom. 4. trah. 9. lib. cap. 11. num. 4. Contrarium in aliquo casu videatur sentire: Inquit enim domet dari posse monasterio, cum primum monialis ingreditur sub cautione, & securitate, quod sine difficultate reddetur, si monialis exierit præcipue accedente Episcopi approbatione. Fundamentum nostrae sententie est, quia Tridentin. prohibet omnem renuntiationem, donationemve re- revocabilem, sed mutuum est quandoam iuri renuntiatione, & donatio sicutem pro limitato tempore; siquidem per mutuum mutuari dominum, & vnu rei mutuare transferat abique potest reuocationis, quoque terminis solutionis adiu- niat. Ergo comprehenditur sub hoc decreto favorabili. Ade regulatiter in mori recuperatione difficultates adiunt, etia in vno vel altero casu essent, quod sufficit, prohibito ad ipsum extenderat. Recusat examinare; an renuntiatione beneficij sub hoc decreto comprehendantur; sed de hac te diximus.

9. Tertia difficultas est de qualitatibus requisitis ad val- dam & licitam renuntiationem, obligationem & donationem. Duplex tantum conditionem consilium expulsa ad huius renuntiationis, obligationis, vel donationis valorem, scilicet ut fiat intra duos menses proximos professionis, & de licentia Episcopi, seu eius Vicarii. Cū dicit intra duos menses proximos, clare indicat quilibet die illius ultimi bimestris posse renuntiationem fieri. Quod si professo ultra annum nouiciatus ex aliqua causa differatur, non est opus renuntiationem fieri intra bimestre proximum professionis, que de facto emititur, sed sufficit si fiat intra bimestre proximum profes- sioni, que emititi poterat, proinde ut fiat aliquo die ultimi probationis bimestri: Sic tradit Sanchez. lib. 7. sum. cap. 5. n. 21. & 32. Barbola 3. p. de potest. Episcop. allegat. 99. n. 11. & in de- clarat. conf. 3. Refert à sacra congregatio decisum. Si au- tem ex dispensatione Pontificia ante 16. annum explerum, & ante finitum annum nouitatus professionem facies, credet Sanchez & Barbola, te non esse dispensatum, ut bimestri proximo renuncies, sed necessario eodem die professionis debere renuntiare: Quia dispensatio etatis, & nouitatus non inter dispensationem renuntiationis virpote omnino distingam. Ceterum verius credo ex casu te posse intra bimeste ante professionem renuntiare, non quod dispensatio etatis, & nouitatus extenderat ad renuntiationem; sed quia illa di- pensatione posita abque villa alia potes intra bimestre proximum professioni renuntiare: quia consilium utili aliud ex postular, nisi quod renuntiatione fiat intra bimestre proximum professionis, sive professionis post annum differatur, hoc ex dispensatione anteponatur facta vero renuntiatione si religione deleras, esto finito anno nouitatus petit, neque renuntiate- iterum

DE ASTER. PALA. TOM. II.

iterum religionem ingredientem, quia nullibi est caurum, ut bene aduerit Sanc.lib.7.summ.c.5.n.84. Credo tamen & repetendum esse nouitiatum (ut superius probavimus) & renunciationem faciendam esse intra bimetre professioni proximum, ac si nunquam renuncatio facta esset, quamvis contra sentiat Sanch.supra.

10. Rutilus consilium expostulat ad huius renunciationis, obligationis, seu donationis valorem, licentiam Episcopi, seu eius Vicarii, quod non solum habet verum in monasteriis iurisdictioni Episcopi subiectis, sed etiam exemplis, quia haec pars omnia sunt illi subiecta, sicuti sunt ad explorandum nouitiius voluntatem. Ex prudenter sic statutum est, ut maiori, cum libertate nouitiorum renuncatio facta, præterquam quod nouitiius eo tempore non plenè religioni subiectus sit Sanch. lib.7.summ.cap.5.n.74. Barbol. alleg.99.n.7. Rodriguez quas. reg. tom.2. quis. 47. art.14. Quid autem nomine Episcopi, seu eius Vicarii intelligatur? Sapere diximus intelligendum esse Episcopum electum, & confirmatum, tametsi nondum consecratus, non autem Archiepiscopum comparatione suffraganeorum, nisi causa a ipsius per appellationem devoluta. Item Abbates, alioquin Prelatos exemplis iuridictionem quasi Episcopalem habentes in suo districtu, seu Diocesi, ac denique Vicarium Generalem non foraneum Episcopi, seu capituli sede vacante. Sic Sanch. à. nam. 64. & Barbol. dicta alleg.99.n.3.

11. Hæc ramen licentia non debet ex necessitate in scriptis concedi i quia consilium eam formam non expostula, sicuti expostulauit eadem sicc.5. Debet tamen præcedere, nec suffici subsequebitur ipso quod valor actus necessaria est. Quapropter non sufficit perita, sed debet esse obtenta. Satis vero est si tacita sit, & ratificatione de presenti; quæ omnia tradit Barbol. dicta alleg.99.n.10. Sanch. dicto c.5.n.76. & sequentib. Præter supradictam duplicum conditionem, eum nulla alia consilium expostulauerit, seruanda sunt, quæ de renunciatione speclarato iure communis diximus punct. præced.

12. Quarta difficultas est de valore, & efficacia supradictæ renunciationis, obligationis, seu donationis. Et primò: An ita firma sit, ut non possit nouitius in religione perfervens amplius reuocari? Quia in re credo certum eam firmata tenet habere, si pro libro reuocari posset, ut quid ad obligationem ita leuem, & infirmam tam grates circumstantie, sicut licentia Episcopi intra bimetre professioni proximum expostulantur; cum quolibet tempore nouitiatu sabsque licentia Episcopi renuncatio, obligatio, & donatio reuocabili fieri posset. Neque obstat huic scimtati esse conditionalem pendente in qua à professione futura; quia conditio effo effectum donationis suspendit, non tamen suspendit eius valorem, & firmatam conditionem ob ius donatario quæsum. Sanch. lib.7.summ.c.5.n.57.

13. Posito aurem illius renunciationis, obligationis, seu donationis valorem, verius credo nequaquam dominum rei donare, seu renunciare in resignaturum, vel donatarium transferri quoque professo validam sequatur. Quia consilium expressè dicit, ut non intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, fortiter autem suum effectum, si antecedenter ad professionem dominum rei donare, seu renunciatione transferre, esto transferret reuocabiliter. Sanchez lib.7.summ.cap.5.num.61. Ex quo fit iam non esse locum opinionibus, an monasterium, an nouitijus heredes co-inventari ante professionem decedente succedunt, cum certum sit heredes succederet; siquidem illa renuncatio nullius effectus est professo non secuta, & norata Sanchez dicto capi. 5. numer. 51. Manuel. Rodriguez quas. regul. tom. 2. quas. 47. art.12. Notariorum dixi, quoque professo validam sequatur. Nam per professionem inuidaliam quæcumque contingat non firmatur renuncatio, ita sic præsumetur. Quia consilium non de præsumptione professionis, sed de vera professione intelligentur est. Firmarum autem eo ipso, quo professo ratificatur, & valida perficit, dummodo renuncatio à principio, valida fuerit, (hoc est) ex licentia Episcopi, & in eo artate, & eo tempore nouitius clauso, ut possit intra bimetre profiteri; alias si non expleris decem mensibus nouitiatu, & ætatis quindecim annorum renunciarum absque dispensatione, renuncatio nulla esset, sicuti esset nulla omisla Episcopi licentia, neque ex ratificatione professionis firmaretur, sed opus esset eam denso facere, & ratificare Sanch. dicto c.5.n.56.

14. Sed dubium est, an facta hac renunciatione, seu donatione bonorum in fauorem monasterij, monasterio tradi debemus bona ante professionem ipsumque monasterium ea capere posse? Negat Sanch. lib.7.summ.cap.5. n. 53. Ea motu ratione, quia consilium prohibet; ritrat, & annular donationes ex bonis nouitijus monasterio factas, ne hac occasione discedere nequeat, neque discesserit facile recuperare non posse. Ac hæc ratio procedit, si facta renunciatione bona tradantur, eaque monasterium occupet. Ergo dicendum est id esse prohibitum. Neque obstar dicens consilium nouitijus abscundibus

Ferd. à Castro, Sam. Mor. Pars III.

omnia restituiri debere, quæ sua erant, in quo viderit suppone monasterio esse traditus. Quia (inquit Sanch. multa traduntur monasterio licite vrpore pertinentia ad nouitiae vestitum, ornatum cubilis & lecti, quæ restituenda sunt profissione non fecuta. Deinde restitui debet, si quid illiciter contra hoc decretum sit monasterio datum.

15. At verius credo ex vi illius renunciationis ab ordinario approbare omnia bona renunciata tradi posse monasterio, vel cuiuscumque alteri resignatorio. Moueor quia iure antiquo id fieri poterat quocumque tempore nouitiatu; en quod valida era renuncatio, sed ex tunc valorem renunciationis facta intra bimetre professioni proximum, & de licentia Episcopo Tridentin. non immutavit, sed potius approbavit. Ergo ex vi illius possunt bona resignatorio tradi. Deinde Tridentin. lib. ill. 8. sed negue ante professionem donationes ex bonis nouitijus monasterio factas prohibet sub pena excommunicationis ferenda tam dancibus, quam recipientibus, quæ fierent ante bimetre proximum professioni, neque ex licentia ordinarij. Nam quæ intra bimetre, & ex licentia ordinarij sunt nullatenus prohibet, sicut nec renunciations, & obligations, sed potius licite date, & recipere permitit. Ergo permittit tradi, quia traditio supposito valore donationis nullibi est prohibita. Quod ipse Sanch. dicto capi. 5. numer. 11. Liberter fassus est, loquens enim de renunciantibus in Societate concedit bona illorum, qui in fauorem socieratis renunciantur. Socierati tradi posse; quia permittendo consilium hanc renunciationem, & traditionem, quæ minus est, permittit. Idem ergo in præsentí debet dicere. Id ipsum confirmant verba finalia illius decreti nouitijus abscundibus omnia restituuntur, quæ sua erant quæ suppontur monasterio posse esse aliquæ tradita. Neque est restitutio facienda pro solis pertinentibus ad nouitiae vestitum, ornatum cubilis, & lecti; cum hæc vrpore res exiguae donati liberè poterant, vel saltum sub vñctu, & vestitu comprehendendi. Neque etiam à sola illiciter tradita: cum hæc etiam non egrediente nouitio deberent restituiri, cum nullo tempore potuerunt retineri.

16. Ratio vero Sanch. non vrget. Nam esto eadem difficultas ex illa traditione bonorum, ac ex renunciatione ab quo licentia ordinarij nascatur; id solum probat traditionem prohiberi debet; & non probat esse prohibitam, cum sub verbis prohibentibus renunciationem non continetur. Deinde dico nullo modo ex traditione bonorum eadem inconvenientia inferri, quæ inferuntur ex donatione, & renunciatione ab ille solemnitate. Nam cum hæc tradantur ex vi renunciationis ab ordinario approbatæ, & ita proximè ad professionem, vel religionis desertionem, nulla potest adesse moralis difficultas in eorum recuperatione, quæ tamen adest ex renunciatione, & donatione ab ille hac solemnitate.

17. Maior autem dubitatio est de renunciatione hæreditatis patris viuentis, alteriusq[ue] confanguinei in fauorem aliuus extranei à monasterio distincti; an præter supradictam solemnitatem, ut effectum habeat requiratur contentus monasterij, & illius celio? Affirmant requiri Bolognet. leg. fin. num.114. Cod. de donationib. Tella Fernandez leg. 6. Tauri à numer. 55. & sequentibus. Scaphin. de privileg. Iuramenti priuileg. 21. numer. 37. & 39. Rosæ epistole succession. cap. 7. numer. 30. Spic. special. testament. Glorria 12. princip. num. 51. Azor. 2. part. summ. lib. 2. cap. 28. quas. 6. in fine. & 30. plures, quos referunt Couartuas, Guierrez, Sanchez statim referunt. Moventur. Quia renunciatio hæreditatis viuentis ex tempore habet effectum, quo decedit is, cuius est hæreditas; at eo tempore renuntians est incapax acquirendi hæreditatem ob professionem factam. Ergo resignatus illam obnire non potest, cum non proprio nomine, sed nomine renuntiantis eam obtineat. Inferunt ergo monasterium succedere; quippe in illud iurisfatu religiosi translata sunt. Deinde si religiosus post factam professionem vellet absque monasterij consenti hæreditatem sibi delatam alieni quam monasterio concedere, nulla efficit concessio; quippe hæreditas non tam ipsi, quam monasterio iura illius habenti defertur. At renunciatio ante professionem facta non fortiter ex tempore effectum, sed post professionem: Cum ergo ex tempore ex voluntate monasterij; potius quam religiosi fortiori effectum possit ex eadem voluntate fortiori effectum debet ante professionem factam. Non enim appetit, qua ratione nouitius solus renunciat posse hæreditatem sibi defendandam tempore quo non tam ipsi, quam monasterio defertur: Est enim renunciatio rei alienæ, & non propria. Et in hoc sensu communiter dicitur idem esse rem hæri tempore inhabili, & referri ad tempus inhabili, lego quo spouſa, Cod. de donationib. ante nuptias. Ergo idem est referri renunciatonem ad tempus post professionem, quo renuntians est inhabili ac fieri ex tempore.

18. Cæterum est dicta sententia probabilis sit, probabilior tamen est, que assertur nulla opus esse cessione monasterij ut hæreditas monachi ante professionem renuntiantis resignatorio deferatur;

O 2 defertur;

deferratus: Sic docent alii antiquioribus relatis Couartu de padiu 3. parte §. 2. num. 3. & ibi Gutierrez. 8. dum nuptui tradebatur num. 1. Baeza. de non meliorandi filialium c. 14. numer. 21. Game decision. 375. num. 3. Menesla de successione creation. lib. 2. §. 18. a. num. 93. Sanchez. lib. 7. summ. cap. 6. num. 2. Fundamentum sicutum est: quia nouitius renuntiante hereditatem viventis eo cau, quo eam renuntiante posset, seipsum denudare iure succedendi; & in refugiarium transfert. Quo sit, ut resignatarius ex hoc iure per renuntiationem acquisitione succedat, & resignans omnino priuatus sit succedendi. Ergo cesso monasterij, aut illius coulens superiacens est. Quia monasterium ius succedendi non habet, nisi quatenus monachi personam ius succedendi habentem reprepresentant. At monachus eiam si sui iuris est, nullum succedendi ius haberet, quia eo se per renuntiationem abdicavit. Ergo monasterium, nullum ius haberet, ergo superflua est eius cessio, aut renuntiatio. Verum est hoc ita sit: quia tamen contraria sententia probabilis est, iure optimo Couartu, Gutierrez, Sanchez censem at vitandas lites conuenientissimum esse, ut monasterium hanc cessionem faciat, etiam enim facere potest absque solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisitus iure hæreditatis non delata, sed defera.

19. Ad rationem contrariam respondeo, monachum post possessionem incapacem esse in propria persona acquiendi hereditatem, sed non obinde sit resignatarium, eam obtinere non posse: quia eam obtinet ex iure sibi a monacho tempore habili translato. Monasterium autem succedere non potest, cum nullum ius monachi professione acquirat: recipit enim monachum iure succedendi denudatum. Ad confirmationem concedo renuntiationem tertia effectum post professionem, sed non ex voluntate, aut iure, quod eo tempore monachus resignatorio concedat, sed ex voluntate, quam ante professionem habet, & ex iure, quod tunc concessit. Quapropter haec hæreditatis delatio metienda est, ex habilitate, quam Monachus tempore renuntiationis habebat, non tamen ex inhabilitate, quam habet tempore delationis. Neque verum est Monachum renuntiante hereditatem sibi, vel monasterio deferendam: quia facta renuntiatione nec ipsi, nec monasterio defertur, renuntiat enim ius, quod habet succedendi illa hæreditate. Illa vero doctrina, qua affectur idem esse rem fieri tempore inhabili, ac conferit in tempus inhabili, vera est, si ex eadem voluntate, & causa conferitur: et nouitius renuntians hæreditatem patris viuentis qua resignatorio conferenda est tempore, quo ipse nouitius est inhabilis, non ipse conferit hæreditatem, sed conferit ius succedendi, quod habet, ex quo iure resignatarius succedit, quippe est ius habile, & expeditum, iure collatum tempore habili, quamvis tempore delatio hæreditatis Monachus inhabilis sit. Est enim haec inhabilitas omnino per accidens, cum non iuxta illam sed iuxta habilitatem tempore renuntiationis contingente delatio facienda sit. *argum leg. nec emptio ff. de contrahenda.empt.*

P V N C T V M X V I I I .

Quid dicendum de renuntiationibus, obligationibus, & donationibus factis à nouitio
Iesuiticis.

S V M M A R I V M .

1. Non habet locum decretum consilij in renuntiationibus Iesuitarum factis iuxta eorum institutum.
2. Si extra eorum institutum fiant, non caret difficultate verius est non comprehensib. sub eo decreto.
3. Facta hat renuntiationem in favorem Societas Iesu posset Societas ea bona capere, & retinere.
4. An renuntians hæreditati patri viuentis in favorem Societas, & mortuo patre tempore, quo ipse professus est, succedit Societas? Negat Sanchez.
5. Verius est oppositum.

1. Primo præmittendum est tanquam omnino certum, & indubitatem probationem, & annulationem renuntiationis factam a Concilio Trident. ff. 25. c. 16. Et solemnitatem ibidem requisitam pro renuntiatione intra bimetiche professioni proximum non habere locum in renuntiationibus Iesuitarum factis, iuxta laudabile eorum institutum, cum expressè consilium eos excepte dicens. Per hæc tam non intendit Sancta Synodus aliquid innovare, aut prohibere, quia religio clericorum Societas Iesu iuxta eorum institutum, pium à Sancta Sede Apostolica approbatum Domino, & eius Ecclesia inferire possit. Ex quo sit quoconque tempore nouiciatus, & absque licentia ordinarij nouitios Societas Iesu suis bonis cedere posse: Et ita tradit Man. Rodig. 2. tom. qu. 8.

regular. q. 47. art. ult. Eman. Sà verbo religio n. 5. Mol. tom. 1. 4. inest disp. 139. vers. antequam Less. lib. 2. de iustit. c. 42. dub. 4. n. 41. Sanchez. lib. 7. lumen. c. 5. n. 9. August. Barbola 3. p. de post. Epif. copi alleg. 99. in fine.

Sed quid si nouitius in consanguineos, vel extraneos non egentes, aliavè operæ profana renuntiationem faciat, erit validia renuntiatio? Viderur non esse, quia haec renuntiatio non est iuxta plures Societatis institutum, sed potius ei contra. At consilium solum videris excepte renuntiationem lectorum institutum inserere possunt. Cum ergo in haec renuntiatio dominio, & eius Ecclesiae iuxta plures eorum institutum non inferniant videris sub generali prohibitione comprehendendi, ac proinde inutilia est. Ceterum verius censio validam esse, quia eho constitutions Societatis praticabunt in opera pia pro cuiusque devotione renuntiationem faciendum essejar alter factam non irritant, & annulat, sed potius validam esse supponit, maximè si facta fuisse ante ingressum in Societatem, sed consilium dicit se non intendere inuincere, aut prohibere, quia religio Societas Iesu dominio, & eius Ecclesiae inferire possit iuxta plures suum institutum. Ergo non innovat, neq; prohibet, quin ipsi Deo inuenient prædicta hac valida renuntiatio. At ex institutione Societas Iesu renuntiatio si facta non est, ante ingressum probationis facienda est, quando superior inuincere. At ex dispositione consilij solum intra bimetiche professioni proximum facienda est. Ergo conciliarius dispositio renuntiations Iesuitarum non competit; & ita tradit Sanchez lib. 7. summ. c. 9. n. 10.

3. Sed inquires, an facta haec renuntiatio in favorem Societas, possit Societas ea bona capere, & retinere? Responde optimè Sanchez. c. 5. n. 11. capote, & retinere posse. Ratio meo iudicio est manifesta, quia consilium approbat renuntiationem, & quamlibet donationem factam a nouitio Societas Iesu iuxta plures suum institutum. Ergo approbat dominum, & renuntiationem factam in favorem Societas, iure eius instituto conformem. At ex approbatione manifeste fit, bona renuntiata Societas tradi posse, debere, cum sit renuntiatio absolute, & absque illa spe recuperacionis. Ergo Societas potest ea bona capere, & retinere. Vide esto in aliis religionibus non possint bona renuntiata monasterio conceitante professionem, in Societate tam id non potest, co quod diversimode in Societate, ac in aliis religionibus renuntiantur. Nam in Societate à puncto renuntiationis transire renuntiata in dominium, & plures refugiarum absole te recuperationis, scilicet verò in aliis religionibus, vbi renuntiationis effectus suspenditur, quoque profectio sit. Neque obstat Trid. non excepte Societatem, cum prohibuit aliquid ex bonis nouitiis excepto vestitu, & vestitu dari monasterio, cum solum, de renuntiatione, & obligatione, & nouitiorum admissione, vel repulsa locutum est, quia fatus clare ab ea prohibitione Societatem excipi. Tum approbat renuntiations, quas eis nouitiis faciunt. Tum quia exceptio est in medio decretri posita ad omnia contenta in eo decreto extendit, quando omnium est eadem ratio, vt ex multis probat Melch. lib. 4. præf. 18. n. 2. Tum & præcipue, quia prohibitione illa donationis, iure continuata, & copinosa cum prohibitione renuntiationis, ut constat ex illo verbo, sed neque ante professionem cum eisdem restrictionibus, & ampliacionibus debet intelligi. Facta autem renuntiatio, seu donatio iuxta Societas constitutiones absoluta est, nec pendet à professione futura: Seclusa ex extra Societas normam sicut, ut taliter dictum purus. 15.

4. Superest autem ea graui difficultas evanodanda an nouitiis, seu qui post vota biennijs hæreditati patrem tenuit, in favorem Societas, & viuo parte proficiendum, seu vox coadiutorum formatorum in Societe fecit, & postmodum decessit pater viuente filio, an societas succedat posse in illius professi hæreditatem? Negat Sanchez. lib. 7. summ. c. 9. n. 25. Moris earationis, quia si filius decedat prius quam eis pater, hæreditas patris filio non defertur, quia non potest deferi filio viuente patre, cum viuentis nulla sit hæreditas, leg. sapientiæ ff. de acquirenda hæredit. At professio in Societe mortu naturali æquiparatur, cum ne ipse professus, nec Societas ratione illius capax hæreditatis esse potest. Ergo. Et confitit exemplo fratum minorum, quorum ratione monasterium succedere non potest, sed quæ professio Societas, sunt hæreditatis incapaces. Ergo.

5. Sed haec fundamenta levia sunt, vt ob illa denegetur Societas supradicta hæreditas. Nam vt ipsomet Sanchez pluribus in locis testatur, præcipue lib. 7. cap. 3. num. 68. & 78. & seqq. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. c. 13. circa p. 94. Massiculus, qualis est professio morti naturali æquiparatur, quando eundem effectum habet, fecit quando diuersum habere potest. At in præsenti professio in Societe diuersum effectum a morte naturali habere potest, quia hæc professio non existit iura Societas in tertium translatra, sed que ipse professus eo tempore habet, delude illa hæreditas parente mortu